



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 26. Lutherus Sacerdotes & Monachos ad sui imitationem adhortatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

bus Pomerano Pastore, advocato, & pictore Sæcul. XVI.
 quodam Catharinam sibi matrimonio junxit; A.C. 1525.
 omnes obfupescere cœperant, Lutherum
 temporibus iniquissimis tantum non habuisse
 animi, ut patræ suæ malis compateretur;
 imo parum illum sollicitum videri de impen-
 dentibus malis, suaque auctoritate, hoc tem-
 pore tantopere necessaria. Recenset po-
 stea Melanchton amico suo hujus ma-
 trimonii cauñas, scio equidem, scribit ille,
Lutherum non esse humanitatis inimicum,
naturali forte necessitate huc deductum, hoc
vitæ genus esse quidem commune, sed tamen
sancium, de cetero calumnia est, siquid aliud
Luthero objiceretur. ()*

Nihil in hac actione, prosequitur Me-
 lanchton improbare possum quam tempo-
 ris importunitatem, datamque inimicis calu-
 mniandi occasionem, de cetero omnia ago pro
 consolando Luthero, qui propter hanc status
 mutationem maxime turbatus est.

§. XXVI.

*Lutherus Sacerdotes & Monachos
 ad sui imitationem adhor-
 tatus.*

Mætitiam e Lutheri animo elimina-
 re

(*) Nimurum tunc communis erat fama,
 Catharinam, antequam publicas cum Luthero
 nuptias inierat, jam ex eo fuisse gravidam.

Sæcul. XVI. re Melanchtoni perfacile fuisse vi-
A.C. 1525. detur; quippe Lutherus perfictæ fron-
Ep. Erasm. tis homo, cum præ pudore in extremis
lib. 18. ep. 13. mundi angulis se abscondere debuisset,
l. 19. ep. 41. flagitium suum non modo tueri præsu-
 mebat, sed ceteros quoque Sacerdotes
 ac Monachos ad sui ipsius imitationem
 adhortabatur. Ast Ejusmodi connubia
 calamō suo exagitans Erasmus, qui æ-
 quior, quam novi hi Reformatores, pu-
 rioris Evangelii æstimator fuit, in qua-
 dam sua epistola hæc scripsit. „ O præ-
 „ claros Ecclesiæ Reformatores! vo-
 „ cant se Apostolos, & tamen solemnem
 „ cælibatus possessionem abjiciunt, ut
 „ uxoribus jungantur, cum tamen veri
 „ Apostoli Domini nostri Jesu Christi
 „ juxta omnium Sanctorum Patrum
 „ traditionem relicts uxoribus Cæli-
 „ batum amplexati fuerint, ut unice in
 „ Deo atque Evangelio occupati esse
 „ valerent. „

§. XXVII.

*Raimundi Vich, & Sigismundi Gon-
zagæ Cardinalium obitus.*

Hoc anno die vigesima quinta Julii
 Raimundus Vich Cardinalis Veru-
 lis in monasterio Ordinis Cisterciensis
 extreum diem clausit, ejusque Corpus
 Romam delatum in Ecclesia Sanctæ
 Crucis in Hierusalem conditum est.
 ls